

sed non est sic de amico isto. **Prouer. viij.** Ego diligentes me diligo. **Job. xiiij.** Qui diligit me diliget a patre meo et ego diligam eum. **Secundo** qz tempe aduersitatis desinunt amare. **Eccl. vj.** Est amicus sicut tempus suum. et non permanebit in tempore tribulationis. sed non sic est in amico isto. **puer. xvij.** Omni tempore diligit qui amicus est. **xpus. s.** et frater in angustijs comprobatur. **Tertio** qz qui amat viuos inimici sunt mortuorum spoliantes eos bonis suis. **Eccl. vj.** Est amicus qui conuertitur ad inimicitias. Amicus vero iste in morte specialiter ostendit se esse amicum. **spms em** qui de habitaculo corporis exit: in celeste habitaculum recipit. **Quarto** qz amicus patris inimicus fuit filiorum. **h** amicus iste propter patrem filios amat: quoniam vsqz in decima generatione. **Exo. xx.** Ego sum dominus deus tuus etc. facies misericordiam in milia huius qui diligunt me. Et ut breuiter dicam. **beat?** est qui debito modo dominum amat. et re illi quod eius debito modo non amat. **Aug. iij. li. 2. fel.** Beatus qui amat te. et amicum in te. et inimicum propter te. solus enim nullum carum amittit: cui omnes in illo carum sunt. qui non amittit. te nemo amittit nisi qui dimittit. **Idem.** Hec omnia bona sunt. **h** re tibi si amaueris condita et deserueris conditores. **Idem. viij. libro de crim.** Cum aliqua non ametur nisi quia bona sunt: pudeat eis inherendo non amare bonum ipsum unde bona sunt.

De his quae valent ad hoc quod aliquis amet a deo. Cap. iij.

Item de his quae possunt hominibus mutare ut deum amet: dicitur est de his quae faciunt ad hoc ut aliquis ametur a deo. **Septem** vero sunt quae ad hoc valere possunt. **Primum** est sapientia. **Sap. viij.** Sapientia infinitus thesaurus est hominibus. quo qui vti sunt: principes facti sunt amici dei. Et in eodem. **Neminem** diligit deus nisi eum qui cum sapientia inhabitat. **Novit** deus quod de amicitia stultorum peruenit damnum et de deo. ideo non vult habere amicitiam cum stultis. **puer. xiiij.** Acceptus est regi minister intelligens. **Secundum** est munditia: quae effectus est sapientie. **Jacobi. iij.**